

1198 firmissimum, quod dicitur Lantacrone¹ in medio regni sui edifica-
vit, solium suum Aquisgrani posuit², cum ille contra eum nec
cominus pugnare nec eminens adversari sufficeret. Duravit autem
hec quassatio non parvo tempore, sed fere XI annis, donec mors Phi-
lippi litem diremit³, de cuius morte loco suo plenius dicemus.
Sane imperator Henricus, frater Philippi, moriens reliquerat filio-
lum nomine Fridericum heredem imperii, quod Philippus patruus
eius non ei servare, sed sibi usurpare intendens⁴ mox in ipso
exordis discordii pepigit fedus amicitie cum rege nostro Primizel
sive dūce nec non et cum Boemis suis⁵, quos evocans de terra sua
cum infinito exercitu transivit Renum, transfretavit et Mosel-
lam volens Aquisgrani conscendere solium regni simul et pug-
nare contra Honorem⁶, qui regnum invaserat in partibus illis, sicut
supra dictum est. Itaque Boemi Teutoniam ingressi mox circa
Wirtzburg versi sunt in seditionem, et orta inter eos gravi simul-
tate militares viri fere omnes relictis domibus suis baronibus
abierunt retro et redierunt in Boemiam, unde satis debilitatus
est exercitus; nichilominus tamen barones amissis licet satelliti-
bus suis fideliter persisterunt cum dūce suo. Accessit ibi ad mag-
nam gloriam comiti nostro Georgio, quod pares sui vel etiam maio-
res carebant militibus et ipse ne unum quidem perdidit ex
suis. Et veniens Maguntiam⁷ ibi Philippus consecratur in regem
Romanorum simul et dūcem nostrum consecratum creat regem.

fol. 40^{ro} (T. P. W. Boemiac) an. 1198.

1) An der Aise, 1206.

2) 1205 Jan. 6; Dinkelsbaur 362. 3) 1208 Jan. 21.

4) Georgium Dinkelsbaur 50 u. 64 f.

5) Henryse Hellsch p. 230 u. 4. fol. 207 auf die Karte des Reichs, an
der Stelle, wo er aber nicht Dinkelsbaur, nach Hertzog 290, Ann. 1
niedriglich nachgewiesen ist.

6) An der Aise nach Hellsch Hellsch p. 230, Dinkelsbaur 362, an der
Stelle, wo er aber nicht Dinkelsbaur, nach Hertzog 290, Ann. 1
niedriglich nachgewiesen ist.

7) Not. Ann. Wirtzburg. fol. 207 (T. P. 5) 8) Dinkelsbaur T. 386 f.